quemadmodum sperauimus in te. In te
domine speraui: non confundar in eternum.

Pater noster qui **Oratio dominicalis.**
es in celis. Sanctificetur nomen
tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat vo
luntas tua sicut in celo et in terra. Pa
nem nostrum quotidianum da nobis
hodie. Et dimitte nobis debita no
stra sicut et nos dimittimus debito
ribus nostris. Et ne nos inducas in tem
ptationem. Sed libera nos a malo.

Credo in deum. **Symbolus** Amen.
patrem omnipotentem creatorem
celi et terre. Et in iesum cristum filium eius
unicum dominum nostrum. Qui conceptus
est de spiritu sancto. natus ex maria
virgine. Passus sub poncio pylato.
crucifixus mortuus et sepultus. De
scendit ad inferna tercia die resurre
xit a mortuis. Ascendit ad celos se

det ad dexterā dei patris omīpotentis
inde venturus est iudicare vivos et
mortuos. Credo in spiritū sanctū
sanctā ecclesiā catholicā sanctorum
cōmunionē remissionē peccatorū car
nis resurrectionē et vitā eternā. Amē.

Quicūq; vult sal **Fides katholica.**
uus esse: ante omnia opus est
ut teneat catholicā fidem. Quam
nisi quisq; integrā inviolatāq; ser
vaverit: absq; dubio in eternū peri
bit. Fides autē catholica hec est: ut
unū deum in trinitate et trinitatem
in unitate veneremur. Neq; cōfun
dentes p̄sonas: neq; substantiam
separantes. Alia est enī p̄sona p̄ris:
alia filii alia spiritus sancti. Sed
patris et filii et spūs sancti una ē
divinitas: equalis gloria coeterna
maiestas. Qualis pater talis filius: